

X 1863142

# PROGRAMMA

STYLO ARCHAICO.

L. O. O. H. S.

*Carolus Etzardus Bodikerus,*



Illius meus unus atque unus, 1. & ex asse paupertinæ fortis hæres, 2. tandem ex scholæ Tulliano in Academia Tusculanum se penetrabit. 3. Litteratoris ibit filius ex disciplinæ Velabro 4. in sumtuosum artium Pireæum; quo Pater quondam i-vit pauperis tugurii cultor filiusque Coloni. 5. Sed interea dum III. Calend. Julii 6. die crastini, 7. sub horam nonam, post Deum Patronis, Præceptoribus at-que Amicis gratias aget, & mediocriculè 8. perorabit; ego novo schedio Patronos & Auditores illi exigam & solemnitus exorabo. 9. Ille dicet juveniliter de *Anti-quitatis studio* efflictim adamato: 10. ego seniliter dictitabo de *Antiquitatis studio* contemptim neglecto. 11. Ille veterum extollet Historiam, Architecturam, In-scriptionum, armorum & nammorum stemmatum-que

1. Catull. 2. Varro. 3. Plantus. 4. Festus. 5. Catull. 6. d. 29. Jun.  
7. Plantus. 8. Cato. 9. Liv. Comœd. 10. Plant. 11. Nevius.



que Notitiam ac Philologiam; ego veterum sublimabo  
 12. Frugalitatem, Verecundiam, Fidem, Navitatem. 13.  
 Ille veterum artes mirificas deprædicabit; ego recentium  
 nœnias lancinabo. 14. Ille dicet verbis perspicuis  
 & consuetis; ego utcunqve etiam desitis & obsœletis:  
 15. ille usitatis; ego antiqvatis: ille popularibus; ego  
 paulisper insolentibus. 16. Ille loqvetur Latina ad tem-  
 pus Augusti; ego vel Aurunca cum matre Evandri. 17.  
 Ille sermonem copulabit cum Parritiis Romanis; ego  
 integrabo 18. cum Priscis Latinis Patribusqve Gabinis.  
 Ille, (sicut alioqvi perdoceo meam juventutem,) 19. i-  
 mitabitur Tullium, Ciceronem, Livium Patavinum,  
 Cæsarem, Sallustium, Nepotem, Vellejum, Curtium,  
 Terentium, Phædrum, Fabium, Florum, Tacitum, Ju-  
 stinum, Plinium, Senecam, & similes; Ego heic imita-  
 bo 20. Tullium Hostilium, Livium Comœdum, Labe-  
 rium, Accium, Nævium, Afranium, Turpilius, Lucili-  
 um, Sifennam, Pacuvium, Cæcilium, Lucretium, Cato-  
 nem, Varronem, Plautum, & pariles. 21. Ille quædam  
 recentium argutabitur acumina; sed ego veterum ob-  
 strundam quædam ablegmina. 22. Illum decebit ut a-  
 dolescentem dictio floridior; me ut senem fermè de-  
 pon-

12. Cato. 13. Ennius. 14. Pers. & Plautus. 15. Varro. 16. i. e. insolitis.  
 Pacuv. 17. Varro. 18. Sifenna & Virg. 19. Terent. 20. Liv. Andron. 21.  
 Symmach. 22. Titinn. & Plant.

pontanum, 23. non dedecebit horridior. Hæc autem tibi, L. H. muginabor, 24. non ut Lectorem meum negligam; sed ut nauteam antiqva novitate paullulum edulcem. 25. Non ut obscuritate obtundam, enecem; 26. sed ut ex appositis facem alluceam lucemqve affundam. 27. Non ut juventutem in hæctopiaria deducam; sed ut, quos illa flores ignoscat, 28. per transfennam quasi & saturam ostentem. 29. Non placebit hic, scio, Lectori stylus; sed neque hic lusus displicebit.

Primigenium igitur sulcam ducam 30. à veterum frugalitate. Enimverò quum Germaniæ Quirites magè necessitudini rerum, 31. quàm luxuriei se emanciparent, 32. & vitam sine cupiditate agitent; 33. felix clu-  
ebat seculum: habebat 34. mascula sub mapalibus & gurgustiis virtus. Postea dum coeptæ sunt ædes magnificissimæ & magnitate insanâ excitari, 35. citroque atque ebore & pavimentis pœnicis expoliri; 36. ex in virtus frigedine labefieri coepta. 37. Olim insolentes malorum artium Germani 38. mataxis indormientes aut toralibus salignis, 39. hominum frugi atque temperantum functi sunt officium; 40. Nunc plurimis ubi plus quàm

A 2

olo-

23. Varro. 24. Lucil. i. e. parabo. 25. Matius. 26. Plaut. 27. Scal.  
ex Antiquo. 28. i. e. ignoret. Varro. 29. Plaut. & Fest. 30. Varro. 31. Sisenn.  
32. Plaut. 33. Sallust. 34. Afran. i. e. habitabat. 35. Accius. 36. Cato.  
37. Varro. 38. Sallust. 39. Varron. 40. Terent.

olorinis caput ocquvificunt, 41. honestum sæpiculè  
 præterbitant. 42. Olim negotiosi virtutis factitabant  
 ampliter æstimium; 43. nunc endocepta temeriter vim  
 virtutis malacissant. 44. Qvippe pro strenuè factis si-  
 gna & toreumata, tabulæ pictæ & vasa cælata admiran-  
 tur. 45. Olim nemini collibitum fuit, vestibus super-  
 fluidis sese onerascere; 46. Nunc luxus omnia emedul-  
 lat. 47. Viri tum intonso capillo, immisâ barbâ graves  
 48. nunc cincinnos implicant, lecythum olent, 49. no-  
 ctuque & diu ornamenta vestigant. 50. Matronæ atque  
 Puellæ satis habebant gestare subuculam, stolam, chla-  
 mydem, pallas, rallas, & vilia scruta; 51. sed enim nunc  
 mulieres opertæ auro purpuraque & arfineo, 52. pictæ-  
 que purpurisso, 53. delassant flammearios, violarios, ca-  
 rinarios, limbolarios, manulearios, murobathrarios, 54.  
 & multesimam opificum partem. 55. Vibrant oppidò  
 retia, diademata, flammea, rusceas, fascias, galbea, 56.  
 pelles ponticas, redimicula Gallicana. Flagitant insuper  
 basilicasricas, multitia exotica, 57. vestes Tyrias, Baby-  
 lonias, conchyliatas, lintea setaba, suppara lemniscata.  
 58. Quid? quod frontem bullis stellantem 59. & turri-  
 tam,

41. Pompon. 42. Plant. 43. Frontin. 44. Nev. 45. Pacuv. passive.  
 46. Cato. 47. Sidaon. ex Antiqu. 48. Sisenn. 49. Priscian. 50. Titinn. 51.  
 Lucil. 52. Varro. 53. Afran. 54. Plant. 55. Lucret. 56. Cato. 57. Juven.  
 58. Catull. & Fest. 59. Plinius.

tam, Cybeles ad instar, 60. tum cornua fonte phanta-  
 siæ lota exporgunt! 61. Olim delicias dapfiles immani  
 pretio nemo homo præstinabat; 62. far modicum, te-  
 nue salillum, allium atqve ulpicum suppetebat. 63. Car-  
 nes & pisces non gulam irritabant; sed esuriginem  
 edomabant. 64. Nemo patrias opes ingluvie paupera-  
 bat. 65. Atehem! nunc vescendi causâ terrâ mariqve  
 omnia exquiruntur. 66. Dies noctesqve esturacervatim,  
 bibitur agminatim, cupediæ tuburcinantur aggeratim,  
 67. Neqve virorum hæc pestis est & colluvio; sed ado-  
 lescentis quæ amplius quoque cupienter, 68. uti cujus-  
 que studium ex ætate flagrat, 69. Como & Baccho patri-  
 monium pollucunt, 70. depopulant gulosi macellum, 71.  
 & bibosi madulsum. 72. Pro ficcis ac sobriis illicò sub-  
 eunt balatrones, mandones, lurcones, catillones, 73. po-  
 pinones, 74. fruges consumere nati, qui in Scypho Her-  
 culis sese forticulos præbent. 75. Quia nam filii paren-  
 tum intemperie quasi malis venenis imbuti, 76. ac do-  
 mesticis pedamentis adminiculati, 77. immò protenus  
 obvarati, 78. patrescunt & matrescunt: 79. indeqve ad  
 eam rem parentibus blanditum adeunt manum, 80. ar-

A 3

gen-

60. Patin. in Num. 61. Terent. 62. Plaut. 63. Columell. 64. Varro.  
 65. Titinn. 66. Sallust. 67. Apulej. 68. Ennius. 69. Sallust. 70. Nev. 71.  
 Cecil. 72. Laber. & Plaut. 73. Festus. 74. Varro. 75. Cic. 76. Sallust. 77.  
 Varro. 78. Ennius. 79. Pacuv. 80. Plaut. & Lucret.

gento peculiant, multant, emungunt. 81. Sic veluti pecua gregalia sequuntur voluptiam, 82. & parentum delinimentis capti 83. vim contendunt suam ad luxuriam, ut ætatulam suam discobinent, 84. necubi postidhac consistere queant.

Quid dicam, decumano cum suspiritu, 85. de Veterum verecundiâ? Quantus illos ab omni audaciâ atque indecentia porcebat pudor! 86. Præsertim juvenescens ætas reverita est corgò senes, & cano capiti sedolo assurrexit. 87. Quod si quâ in re cespitarent juveniores insubidè; 88. seniorum erat, præmodum eos incilare atque increpare, 89. aut ob superbiloquentiam atque imbelliam 90. Mamercorum alapas minitari. 91. Nam si juvenus aufit vel gestum eminari lascivibundum, 92. aut cicadis vocalior senibus ravistellis ac decrepitis obstrepat, 93. immoene facinus habendum. 94. Idcirco vitia tanquam in herba conlucare fatius est, 95. sicut in vitivario primitus cum exit vitis; 96. ne morâ postmodum ulcera vivefcant. 97. Verum enim verò quàm incursum 98. omnia in pejus sublapfa! Quò nunc abscessit sanctus pudor 99. & pudicitia? Viri foeminaeque multo numero protervi-

am

81. *Plant. & Terent.* 82. *Accius.* 83. *Afran.* 84. *Varro, i. e. ledant.*  
85. *Apulej.* 86. *Pacuv. i. e. prohibebat.* 87. *Lucil.* 88. *Symmachus.* 89. *Lucretius.* 90. *Festus.* 91. *Juven.* 92. *Plant.* 93. *Ter.* 94. *Plant.* 95. *Cecil.*  
96. *Varro.* 97. *Lucret.* 98. *Cecil.* 99. *Tibull.*

am faciunt 100. verecundiæ, moresque pejus cœno col-  
 lunt, collutulant. 101. Videas perfrictâ fronte propu-  
 diosos 102. milvinis ac morficantibus oculis circumtui;  
 103. qui super obscœna dicta & petulans jurgium, 104.  
 velut falisubfuli ludiones adfulitant, 105. & ad damna &  
 defidiabula deflectunt. 106. Videastum Softratas tum  
 pueras Coriscas 107. viris oculiferia, ceu venalitii facti-  
 tant mercatores, exponere. 108. Videas homunciones,  
 fungos, bardos, 109. blennos, bliteos, 110. broncos, imperi-  
 tos, ciniffones, ignaros, egestos, 111. qui selibram vix pos-  
 sident apludæ, 112. vel caudicalis provinciæ præfecti sunt;  
 113. tamen iufrunitè dicteris ingenuatos infumare. 114.  
 Contra verò gnobiles, 115. qui velex ultima origine ceras  
 numerant, 116. vel aliuta nummulis beati sibi plaudunt,  
 117. quàm ingenium in promptu habent! 118. quam nos  
 habent deridiculo, tanquam sine penu & pecunia! 119.  
 Quàm superbiter gradum grandiunt, 120. & subnixis alis  
 se inferentes 121. caput attollunt, veluti cervi subulones,  
 122. ut nulla modestiæ arcifinia morentur. 123. Quorum  
 filii si sophorum exedris immittantur; 124. toppe e-  
 mi-

100. Laber. 101. Plant. 102. Sidon. 103. Apulej. 104. Phædrus. 105.  
 Catull. 106. Plant. 107. Varro. 108. Lips. ex Antiqu. 109. Cæcil. 110. Plant.  
 111. Sidon. 112. Nev. 113. Plant. 114. Apulej. & Plant. 115. Accius. 116. Ca-  
 tull. 117. Plant. & Horat. 118. Sallust. 119. Plant. 120. Nevius. 121. Plant.  
 122. Plin. 123. Varro. 124. Vitruv.

minent affaniis & inaniis farcti, 125. disciplinae calcitro-  
 nes, pervicaces, trebaces, 126. latebricolarum potius  
 quam Procubitorum suorum seqvaculi. 127. Qui dein-  
 ceptus in vitia mollicelli, 128. ceu moluscae nuces, 129. fa-  
 cile spuma consperguntur pravi sodaliti, velut expansae  
 in littore vestes uvescunt. 130. Facile trahuntur in vada,  
 veluti lembi navium remulco. 131. Horum procacitati  
 si praevortier volunt sentinatores, 132. & hos jucundulos  
 amafcos severiter castigare; 133. tum saepenumero pa-  
 rentes accurrere curriculo, 134. praesente nobis 135. ira  
 fermentescere, tanquam defrutum vinum: 136. Omnia  
 stilitibus ac turbellis verminare planissumè. 137. Existat  
 aliquis designator, qui hanc ferociam inde loci 138. no-  
 stris caveis evallet! 139. Quinimmò propitium Numen  
 averruncet exempli sinisteritatem, 140. morbum, pesti-  
 tatem, labem, nebulam, impetiginem, squalem, illuviem,  
 vastitudinem! 141. Sed hanc spurcam adeò lavatrinam  
 transilibo. 142.

Et nunc vineas pluteosque agam ad eos, 143. qui  
 priscam fidem torperarunt. 144. At enim si veterum  
 medius fidius fidem in corde meo verso, 145. multum in

CO-

125. Pacuv. 126. Varro. 127. Cato. 128. Catull. 129. Plant. 130. Lu-  
 cret. 131. Cels. 132. i. e. Praeceptores, Gell. 133. Plant. 134. Plant. 135. Ac-  
 cius. 136. Plin. 137. Pompon. 138. Ennius. 139. Titinn. 140. Lucil. & Sidon.  
 141. Varro. 142. Lucil. 143. Plant. 144. Turpil. 145. Cato.



cogitando dolorem inde pisco. 146. Quam illi tenaces ju-  
 ris & æqui! quam spernaces perfidiæ! 147. quam auspi-  
 caliter ommentantes 148. in servandis pollicitis! Turn  
 cives cum civibus de virtute certabant, fortes ad versus  
 hostes, in amicos fideles erant. 149. Nunquam fidei fan-  
 ctam adorem 150. aut auribus amor habendi 151.  
 aut levitas animi, vel ullum fribusculum polluebat. 152.  
 Verum enim haut possumus jam isthancce prosperitu-  
 dinem fruisi. 153. Nulla ferè jam fides superescit. 154.  
 Olim cordatus homo 155. vix perduelles 156. metuebat;  
 nunc amicorum vereri oportet: 157. ut qui non rarenter,  
 cum arcana venati sunt oculis, ferentarii fiunt, 158. & ad-  
 sentando ad alienos pipilant, ut Lesbiæ passerculus. 159.  
 Magis enim aliquam multi voltum quam ingenium bo-  
 num habent. 160. Joculari censent nomen amicitiae. 161.  
 Non dubitant, inciti falsis falsimoniis, 162. nobis insidia-  
 ri, quasi speculatores in profumiâ. 163. Promittunt ore  
 manuque ingenuitatem; 164. sed insignitè faciunt inju-  
 riam, atque manticulantur. 165. Promittunt lautas lauti-  
 tias; verum clanculum nostras suppilare atque adha-  
 mare favissas anhelant. 166. Promittunt speciarium no-

B

his

146. Plaut. 147. Sidon. 148. Liv. Andron. i. e. constanter manentes. 149.  
 Sallust. 150. Plaut. 151. Tambmann. ex Vitruv. 152. Plaut. 153. Nev. 154.  
 Accius. 155. Varro. 156. i. e. hostes, Plaut. 157. Afran. 158. Plaut. 159.  
 Catull. 160. Sallust. 161. Phedr. 162. Plaut. 163. Cecil. 164. Apulej. 165.  
 Pacuv. 166. Cicero & Varro.

bis gratiam; 167. at cum familiarescunt, 168. legirupæ  
 fiunt & excetræ, 169. per tolutiloquentiam. 170. Vel ju-  
 rejurantes adseverant mutuuum subsidium; 171. ast in-  
 terim ferrato morsu nostrum divexant nomen, 172. &  
 rumigerant improbè. 173. Danunt corditrahās pollici-  
 tationes; 174. sed enim reapse servassint nihil, nisi lucelli  
 nidor nares feriat: 175. sicut fecula plebis 176. amicitias  
 usucapione metitur. Tanta est perfidiæ pollentia! 177.  
 Qvem tu Pyladen rebare; tam Poenus est, ut nemo Pu-  
 nior. 178. Qvem tu vigere fide atqve virescere autuma-  
 bas; 179. hujusce fidei ægræ ac prope depositæ 180. faci-  
 le casus aliquis animam intertraxerit. 181. Quamdiu res  
 largas atqve opiparas frunisci dabitur; 182. illic animo ce-  
 lari potestur, objectâ fraudibus nube, quicquid mostelli  
 intus alat. 183. Postidea, si te fortuna fecerit exanimalem  
 atqve exhæredem, 184. siqve usus sit amici auxiliamen-  
 to; 185. scilicet ubi cordolium inciderit aut infortunii au-  
 tumnitas; 186. Tum specimen specitur, sitne necne ami-  
 cus, ut esse oportet. 187. Vix te respiciet magis, ut si na-  
 tus nunquam fies. Vel despuet te ceu terrai piamen-  
 tum. 188. Nusquam invenies stabile stabulum. 189. Im-  
 mò,

167. *Cæsar.* 168. *Sidon.* 169. *Plant.* 170. *Novius.* 171. *Liv.* 172. *Pe-  
 rron.* 173. *Plant.* 174. *Gruter. ex Antiq.* 175. *Varro.* 176. *Lucret.* 177. *Plant.*  
 178. *Plant.* 179. *i. e. vires habere. Furius.* 180. *Accius.* 181. *Plant.* 182. *Lucil.*  
 183. *Taubmann. ex Antiqu.* 184. *Plant.* 185. *i. e. opus.* 186. *Varro.* 187. *Plant.*  
 188. *Plin.* 189. *Plant.*

mò, quod verberbio dicunt, reperibis pro thesauro car-  
 bones. 190. Diffugient amici, tanquam si terra movisset,  
 191. aut grando præcipitasset. 192. Cum hæc recogito,  
 quam vastescat fides; 193. fugere hinc in Saburram aut  
 Veliam, aut in insulas solivagas libet! 194. excrucior ani-  
 mi, lacrymæ lingvam sepiunt! 195. Itane nos pro cascâ si  
 de musteam fraudem potiri! 196.

Sed ne volo sectarier uls modum piperatam facun-  
 diam, 197. nec stylo depascam illius orationis huberta-  
 tem; 198. Nam ejus mali cum tædio mens recordavit.  
 199. Quin potius recto fronte 200. captabo experiri, 201.  
 si priscam Navitatem 202. homines nostri perennent.  
 203. Omnes boni gaudent facere rectè; mali pigrem se-  
 quuntur. 204. Quod verum esse non pauciens 205. men-  
 te pervideo atque examussim deprehendo, 206. cum ani-  
 mus ad priscos illos Germanos revortit. 207. Illi laboris  
 esse patientes! Illi operis perseverantes! 208. Festinare,  
 parare, alius alium hortari. Vicit omnia pertinax vir-  
 tus. 209. Virtus omnia domuerat. 210. Nec cœli nec  
 soli inclementiâ robur elanguit. 211. Sed nunc tempo-  
 ris apud quam multos pro labore desidia invasit. 212. Ple-  
 riqve

B 2

190. Lucian. 191. Sveton. 192. Cesar. 193. Accius. 194. Fest. 195. A-  
 fran. 196. Varro. 197. Plaut. 198. Cic. 199. Quadrigar. 200. Cato. 201  
 Colum. 202. Si, pro an. Ter. 203. Sidon. 204. Accius. 205. Titinn. 206. Plaut  
 207. Apulej. 208. Colum. 209. Liv. 210. Sallust. 211. Florus. 212. Sallust.

riqve ad prava pernices; ad duona spiffigradiffimi. 213.  
 Volo me abstinere à fandi prolixitudine: 214: nec alios  
 segnitatis fociennos 215. pipulo dfferam, 216. nisi quos  
 scholæ odos tanquam in Seplassa mihi obtrudit. 217. Heic  
 loci, quò Xystus est virtutis & scientiæ, 218. ubi Deus &  
 Magistratus umbraticolis, 219. sed pienter operosis, otia  
 fecere, ut iuventa diruncinetur; 220. inibi, inquam, facile  
 tanquam Lydio lapide animorum discerniculum explo-  
 rarius. 221. Sunt igitur subinde aliqui, divino quasi igne  
 à flocibus excocti, 222. qui nobiscum extundunt artes,  
 223. naturai vim atqve artium ruspantur, 224. & tudi-  
 tantium ictibus ceu metallum habile cedunt. 225. Sunt,  
 inquam, quod est hojus molestiai solatiolum, 226. qui ob-  
 seqvelam faciunt, 227. & nobiscum labores ærumnas-  
 que pertolerant, exantlant. 228. At verò quam sunt con-  
 fluges quoque 229. molto maximæ Epheborum, quo-  
 rum ce mores sunt nobis odio & senio! 230. Olli, dum æ-  
 dibus eferunt se paternis, atqve ad Catadromum no-  
 strum insinuantur, 231. tanquam agni subrumi, 332. vel  
 quod mirius dixim, 233. tanquam immussuli vulturini,  
 aut sanqvales ossifragæ; 234. quod domi nihil dum auri-  
 culæ

213. Varro. 214. Pacuv. 215. Apu'ej. 216. Plaut. 217. Varro. 218.  
 Cic. 219. Accius. 220. Plaut. 221. Lucil. 222. Cæcil. 223. Afran. & Virg.  
 224. Accius. 225. Ennius. 226. Catull. 227. Afran. 228. Plaut. 229. Liv.  
 Comæd. 230. Turpil. 231. Sveton. 232. Varro. 233. Titinn. 234. Plin.

culae gustarunt, 235. nisi verba sesamo & papavere spar-  
 sa; 236. facul nauseant laborem, 237. Torpedo volupta-  
 bilis obrepit statuis verbereis. 238. Derepente fastidiunt  
 librorum. 239. Alius proinde tardigradus intrat, ac si po-  
 plitis gemursâ labore; 240. alius ad colludium aut iner-  
 tiae catastam extrat. 241. Jam aut langvorem aut itiner, 242.  
 aut parentum iussa tanquam plumarii fingunt ac pin-  
 gunt. 243. Sic laborem strenuè comperendinant, & ne-  
 gotium produnt protolluntque. 244. Sic porro sequuntur  
 quisquilias, volantis venti spolia, 245. & maximas nugas in-  
 eptiasq; incipiunt. 246. Quod si quâ juventæ modipera-  
 tor, 247. invisum ignavis caput, inclamitet; tamen si ad ra-  
 vim poscat, & suos rumpat ramices; 248. tamen corrigi  
 neqvitia neqvitur; 249. minus minusq; litteras impendio  
 cutant. 250. Quid faxis? oleum & operam perduis. 251.  
 Tandem, ubi flagriones 252. fustuarium, quod meruere,  
 253. aut virgindemiam scapulis metuunt, 254. multo tanto  
 vanius calvier pedemve struere occeptant. 255. Conjici-  
 unt se protinam in pedes, 256. veriti, ne ni schola fene-  
 ant, & sedentarii velut amurca fracescant. 257. Sic Musarum

B 3

rum

235. Plaut. 236. Petron. 237. Varro. 238. Sallust. & Plaut. 239. Turpil.  
 240. Balde ex Antiqu. 241. Afran. 242. Turpil. 243. Varro. 244. i. e. diffe-  
 runt. Plaut. & Terent. 245. Cecil. 246. Plaut. 247. Varro. 248. Plaut.  
 249. Pacuv. 250. Plaut. 251. Ter. 252. Afran. 253. Liv. 254. Varro. 255.  
 i. e. retrocedere. Pacuv. & XII. Tab. 256. Plaut. 257. Colum. & Cato.

rum illis distractio, discidium, vastities venit. 258. Scilicet ut ob-  
brutescentes 259. nihil discant; nisi adipata devorare patrimonia.  
260. Fugiunt pollintorem; ergo & pollinem: vitant moletri-  
nam; ergo & farinam. 261. Recusant eos ferre, qui capiti mede-  
ri potius, quam reduviam curare volunt. 262. Parentibus autem  
fursum vorsum os sublinunt offuciis, 263. ut discinctis in morem  
Nattæ 264. in diem vivere sit integrum, & vocem denique vel  
sipario locare. 265. Mavelint enim subfarcinati vervinis incede-  
re, 266. quam libris. Mavelint conviviorum mutitationem; 267.  
quam Magistrorum disputationem. Mavelint dieculam nugis  
comburare; 268. Quam scientiæ monticellos superare. 269.  
Mavelint sumpse diem hilarem prothymè; 270. quam in orche-  
strâ muslare tædiôsè. 271. Mavelint ludere in cadurco; 272.  
quam in Ludode subulare, 273. ubi serio desudascitur. 274. Ma-  
velint denique Frutæ tenere bigas, quam Minervæ chartas. 275.  
At quæ finis erit? Tandem illis ignavitudo & sorditudo sororia-  
bunt. 276. Tandem ad incitas redacti, quom vorforiam faxint,  
fero questu fringultibunt, 277. & confosiores foricinâ næniâ fri-  
tinnibunt. 278. Interduatim nobis ferundum est, 279. si probe-  
nefactis mali messem metamus. 280. Levior pluma est gratja;  
Nihil fecisse benigne est. 281. Quotessimus est mortalis, qui scho-  
læ caussa quicquam velit? 282. Hocce catomium 283. jam mul-  
tos annos est quod possideo, 284. atque experientia doctus fun-  
dum calamitatis colo. Ecquid faciam? ferundum est. Ho-  
mines litterarios spernit ac subsannat Tros Rutulusve, Menippus  
& Ther sites, 285. mæsius, medioxumus, mediastinus. 286. At  
spernant & subsannent, quousque satias cepit, 287. ferendum est.  
Onus prægrande fit modicellum ferundo, 288.

Sed

258. Plaut. 259. Afran. 260. Petron. 261. Cato. 262. Cic. 263. Plaut. 264.  
265. Juven. 266. Plaut. 267. Gell. 268. Plaut. 269. Lauremb. ex Antiq. 270. Nev.  
271. Accins. 272. Juven. 273. Varro. 274. Plaut. 275. Varro. 276. Fest. & Plaut.  
277. Varro. 278. Plaut. 279. Fest. 280. Plaut. 281. Persj. 282. Plaut. 283. Laber.  
284. Plaut. 285. Varro. 286. Cato. 287. Accins. 288. Lucil. & Sueton.

Sed ad Gymnasticos boni commatis cives repedabo: 289. quos vocis expergere sono 290. ac monere non defetiscor; 291. pergant ut filii nostri, ut patriæ speres, 292. ut posteritatis tibi- cines, 393. pergant eliminato vitiorum & ruditatis eluco, 294. animum ad discendum appellere, 295. donicum ad sapientiæ primnesium navim supent, 296. Cautè caveant quicquam deci- pere 297. ex viroso malorum contubernio: 298. nequid vel ho- nestati vel monitoribus adversi fiant. 299. Quod si, quæ omni- um in schola siremps lex esto: 300. *Strenue laborent: Ex Rorariis Ro- scii fient: 301. virtus eos pro mortalibus æternos concinnabit. 302.*

Quâ speculâ filius etiam meus oculissimus, 303. cui pro- spiciet almi fluum Numen in hojus vitai miserimonio, 304. stu- diorum gradu remoram non facit. 305. Quo jus ad ellogium qui- dem disertim ac promissè non delabundus ero; 306. neque tamen id minus, si quidquam mihi accreduatis, 307. verare possum; 308. (quod præfiscini dixerim, atque bona audiat hora;) 309. nun- quam illicce socordiâ atque desidiâ bonum otium contrivit, 310. Parentis autem & Doctorum facta tecta usque habuit præcepta suâ modestiâ. 311. Cœtera sospitet ac bene vertat Deus! 312.

Nunc demum ad Vos mea apparet Oratio, 313. O Patriæ Summates, Megistanes, Proceres, Reip. Suffetes, 314. Senati co- lumina, 315. Sacrorum Antistites pietatisque Flamines, Justitiæ Sacerdotes, Salutis Diribitores, 316, Sapientiæ Silani, 317. Ju- ventæ mansutores, 318. Mularum corcula, civesque semper- florentes, 319. *O Patroni, Favitores & Ameicei*, ob vos sacro, vos summissè & singillatim obsaluto, 320. ut indictivâ die filio meo

per

289. Pacuv. 290. Santra. 291. Plant. 292. Varro. 293. Vitruv. i. e. fulcra. 294. Cic. & Varro. 295. Ter. 296. Accius. 297. i. e. decerpere; Gryph. ex Antiq. 298. Lucret. i. e. venenato. 299. Liv. Com. 300. Sen. ex XII. Tab. 301. Lucil. ex Cic. 302. Sallust. & Plant. 303. Plant. 304. Laber. 305. Lucil. 306. Accius. 307. Plantus. 308. Ennius. 309. Titinn. 310. Sallust. 311. Plant. 312. Lucil. & Pacuv. 313. Varro. 314. Cato. 315. Sisenn. 316. Apulej. 317. Lucret. 318. Plant. 319. Lucret. 320. Fest.

per mamurium dicturienti, 321. cum audientiam tum faventiam  
indulgere, 322. illique patrocinari benigniter 323. ne dedigne-  
tis. 324. Vobis, ut nihil aliud, offeramenta gratæ mentis redho-  
stibo, 325. neque unquam, ut officiperda siem, 326. in vos  
committam.

Deum verò summum rerum Statorem, 327. supplicio devotissi-  
mo simitu expurgificemus, 328. illi profecta labiorum feramus,  
329. ut suã nos semper lenitate divitet! Quò, si Principis Augusti,  
FREDERICI III. Patris patriæ, felix imperium conservassit, 330.  
*Ejus Natalem* perendie fortunassit, 331. finium nostrorum pessu-  
los obserassit, 332. septimontium hujus urbis statuminassit, 333.  
dividias belli curasq; nobis omnes levassit, expectorassit, 334. atq;  
ita Ecclesiæ Scholæqve seminium foetificassit, 335. grates gratias-  
que famulanter occentemus. 336. A patre petimus: à Patre  
speramus paces & bonas optumitates impetrassere. 337.  
VALETE!

321. Varro, i. e. memoriter. 322. Attius. 323. Titinn. 324. Pacuv. 325. Ma-  
riang. ex Nev. 326. Varro. 327. Liv. 328. Gell. ex Antiqu. 329. Lucil. 330.  
Laber. 331. Afran. 332. Propert. 333. Vitruv. 334. Accius. 335. Lucret. 336. Ac-  
cius. 337. Plant.

*Col. Brandenb. ex Musidio*

IV. ante Calend. Jul.

JOHANNES BODIKERUS, P.  
Gymn. Colon. Rector.





que No  
 12. Fru  
 Ille vet  
 um na  
 & con  
 15. ille  
 paulisp  
 pus Au  
 Ille fer  
 integra  
 Ille, (fi  
 mitabit  
 Cæfare  
 Terenti  
 stinum,  
 bo 20.  
 rium, A  
 um, Sif  
 nem, Va  
 recentiu  
 strandar  
 dolescen

12. Ca  
 Facuv. 17.  
 Symmach.

veterum sublimabo  
 dem, Navitatem. 13.  
 icabit; ego recenti-  
 et verbis perspicuis  
 desitis & obsoletis:  
 e popularibus; ego  
 etur Latina ad tem-  
 n matre Evandri. 17.  
 itis Romanis; ego  
 aatribusque Gabinis.  
 juventutem,) 19. i-  
 livium Patavinum,  
 ellejum, Curtium,  
 um, Tacitum, Ju-  
 s; Ego heic imita-  
 Comœdum, Labe-  
 Turpilium, Lucili-  
 , Lucretium, Cato-  
 s. 21. Ille quædam  
 d ego veterum ob-  
 illum decebit ut a-  
 t senem fermè de-  
 pon-  
 Varro. 16. i. e. insolitis.  
 20. Liv. Andron. 21.

